

Band VI., Nr. 1831, Seite 226-227

Bischof Eberhard von Konstanz bekräftigt die Vertauschung verschiedener Güter und Rechte von Seiten des Kirchherrn Konrad und seines Nachfolgers Albert in Nellingen gegen solche in Hedelfingen von Seiten des Klosters Weiler.

Konstanz, 1265. August 11.

Eberhardus, dei gratia Constanciensis episcopus, universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et in domino caritatem. Pastoralis officii nostri debitum exequentes ecclesiarum seu monasteriorum nostre dyocesis tenemur indempnitatibus providere. Presentes igitur noverint et futuri, quod –: cum dilecte in Christo . . . priorissa et conventus sororum in Wiler permutationem factam cum bone memorie C. rectore ecclesie in Nallingin, – qui eisdem priorisse et conventui quatuordecim iugera tam in pratis quam in agris et quoddam fructum lignorum, decimas vinetorum apud Wiler ac minutas decimas ortorum et animalium ad ecclesiam suam Nallingin pertinentia contulit perpetuo percipienda, receptis in reconpensationem eorundem nomine ecclesie sue predicte a prefatis priorissa et conventu duobus iugeribus vinearum, domo lapidea, duorum solidorum et duorum pullorum redditus apud Hadiluingen, quam vir discretus magister Albertus nunc rector eiusdem ecclesie in Nallingen, qui prescriptam permutationem suis nitentur rationibus tamquam invalidam reflicare^a, – iuxta ordinationem . . . decani in Ezzelingen et C. notarii nostri de consensu reverendi in Christo . . . abbatis monasterii sancti Blasii per predictum magistrum Al. procurassent pro ipso suisque successoribus ratam haberi, assignatis sibi de curti monasterii in Wiler apud Nallingen in qualibet cultura agrorum, que vulgariter dicitur celge, duobus iugeribus cum supradictis iugeribus vinearum pertinentibus perpetuo ecclesie memorate, hoc adiecto, quod dicte priorissa et conventus decimas novalium, videlicet vinetorum, minutas decimas ortorum et animalium sine contradictione rectoris prescripti et successoris sui cuiuslibet iuxta privilegiorum suorum tenorem deberent licite de cetero percipere et liberaliter retinere, secundum quod hec omnia instrumentis super hoc conceptis et sigillatis sigillis partium continentur –: nos earundem partium precibus inclinati dictam permutationem tam cum dicto magistro Al. nunc, quam cum supradicto C. predecessore ipsius quondam factam ratam et gratam habentes et utilem utrique monasterio et ecclesie reputantes presentibus confirmamus. In cuius rei testimonium presentes litteras super hoc concessimus sigilli nostri robore communitas.

 Datum Constantie, anno domini M^o. CC^o. LXV., III^o. idus Augusti.

^aHier ist der Schreiber aus der Konstruktion gefallen.

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An roter und gelber Seidenschnur ein Teil der zur Aufnahme des Siegels, welches aber nie aufgedrückt worden zu sein scheint, bestimmten Wachsmasse.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 532 U 4

Editionen:

JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 569 f., Nr. 437.

Regesten:

Regesten Kloster Weiler, S. 174, Nr. 15.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Hedelfingen Wohnplatz (24)
 Hedelfingen, Stuttgart, S
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Nellingen Wohnplatz (545)
 Nellingen, Ostfildern, ES
 Weil Wohnplatz (351)
 Weil, Esslingen am Neckar, ES